Quelle: https://manuscripta.at/?ID=41832
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Grad' Qui sedes domi
ne super cherubin:
excita potenciam
tuam et veni ℣ Qui
regis israel intende
qui deducis velud o
uem ioseph: Alle
liua ℣ Excita dñe
potenciam tuā et
veni: vt saluos fa
cias nos: Scd'm Joē:
In illo tempore. mi
serunt iudei ab hie
rosolimis sacerdotes
et leuitas ad iohannē:
vt interrogarent eū.
Tu quis es? et confes
sus est: et non nega
uit. Et confessus est.
Quia nō sum ego xp̄s.
Et interrogauerunt
eum Quid ergo: heli
as es tu? Et dixit. nō
sū. propheta es tu
Et respondit. non.
Dixerunt ergo ei.
Quis es? vt respon
sū dem⁹ his qui mi
serunt nos? Quid di
cis de teipso? Ait. Ego
vox clamantis in de
serto: dirigite viam
domini. Sicut dixit
ysaias propheta. Et
qui missi fuerant:
erant ex phariseis.
Et interrogauerunt
eum: et dixerūt ei.
Quid ergo baptizas
si tu nō es cristus neq̄
helias neq̄ propheta?
Respondit eis ioannes
dicens Ego baptizo
in aqua: medius au
tem vestrū stetit quem
vos nescitis. Ipē est qui
post me venturus est:
qui ante me factus est